

## XC

Lunes (?) 13 de mayo de 1141.

[f. 60 vto.] SANTO DOMINGO DE LA BARQUERA

Sub Christi nomine. Ego Antolino et uxor mea Maria, ut non  
per metum neque per turbatum sensum, sed placuit nobis per expon-  
taneas nostras voluntates, ut volumus et fecimus cartulam ad tibi  
Petrus Monnio presbiter et ad illa barqueria et ad Sancto Dominico  
illas tres quartas in uno foyo in una terra cum sua pomifera in Sequas, 5  
en certissimo loco ad illo foyo, et de Sancto Dominico sunt omnes  
suos terminos et ipsas III quartas do ab omni integritate, per quem  
accepi de tibi Petro Munioz en precio XII sacrificios que cecinisti pro  
defunctis meis, et pro isto precio do tibi ibidem in alio loco alia terra  
cum suas pumiferas, ubi dicent illas faças et per totos suos terminos, 10  
sic de Sancto Dominico, et do tibi illa terra ab omni integritate foras  
inde illa decima et hoc do ab tibi Petrus et ad Sancto Dominico et  
ad illa barqueria et afirmamus inter nos ut sit stabile per semper. Si  
quis tamen aliquis homo qui contra hunc factum nostrum infringere  
templaverit sit maledictus et excommunicatus per secula. Amen. Et 15  
pariat ista hereditate duplata vel triplata in simile tale loco. Et ad  
Imperatoris tertie auri libras V.<sup>s</sup>. Facta carta die notu II.<sup>a</sup> feria, III.<sup>o</sup>  
idus madii, sub era M. C. L. XXVIII, regnante Rex Adfonso in Le-  
gione, Comes Roderico in Asturias, et ego Antolino in hac carta que  
feci cum uxor mea Maria, et ad tibi Petro Monnioz et ad illa barque- 20  
ria de Sancto Dominico volumus, et legendo audivimus, et de manus  
nostras + + roboravimus, Petrus notuit.

El año 1141 comenzó en miércoles (feria IV); el día 13 de mayo fué martes, y  
no lunes, como dice el documento.

## XCI

29 de septiembre de 1082.

[f. 61 vto.]

ALIA

Sub nomine Sancte atque individue Trinitatis, Patris et Filii et  
Spiritus Sancti. Amen. Ego quidem Michael Iohannes et Petro Iohan-  
nes, et Andres Iohannes, nullo cogentis imperio nec suadentis arti-  
culo, sed propria atque spontanea bona voluntate, et pro remedio  
animas nostras vel parentum nostrorum, damus Deo et ad Sanctum 5  
Dominicum, et ad ipsa barqueria et ad tibi Petrus presbiter, ut sis  
inde senior de ipso loco nostra propria hereditate, quam nobis abe-  
mus in illo loco que vocitant Sequas, iusta riba mare per terminum  
Petro Diaz, et per terminum de filios Annaya Bellitez, et per termi-  
num de filiis suis, et accepimus de tibi Petrus presbiter centum sacri- 10  
ficiis pro ipsa confrateria habeas, teneas tu Petrus presbiter vel qui  
tua voluntate fuerit, sed tali quidem tenore, ut nullus nostrorum  
propinquorum vel extraneorum aut cuiuslibet persona sit ausus hunc  
nostrum factum disrumpere vel infringere voluerit, in primis ira Dei  
habeat et parte cum Iuda traditore, et habeat parte cum Sodoma et 15  
Gomorra, maledictus et condenatus usque finitum seculi seculorum.  
Amen. Et pariet a parte regis in cauto centum libras aureas, et ipsa  
hereditate duplata vel meliorata similis in tali loco. Facta carta era  
M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> XX, notu die III kalendas octobris, regnante Adefonsus Rex  
in Legione et usque totius Hispanie, episcopus Garcia in Burgis, 20  
abbas Petrus in Sancta Iuliana, Comite Rodericus Munioz totius  
Asturiensis, Cite et Bellite testes sumus Martinus presbiter scripsit.

Está fechada esta carta el día 29 de septiembre del año 1082, siendo rey don  
Alfonso en León y en toda España y obispo de Burgos D. García.

El obispo D. García (segundo de este nombre), según el P. Flórez (*España* 25  
*Sagrada*, tomo XXVI, pág. 228), gobernaba la diócesis por los años 1095 a 1114.

El P. Sota (*Crónica*, pág. 659) copia una carta del año 1116, en que firma don  
García, obispo de Burgos.

En el año 1082 era obispo de Burgos D. Gómez (segundo).

El P. Sota, sin copiar esta carta, hace un extracto (*Crónica*, pág. 536), y la 30  
asigna al año 1102.

Si se acepta esta fecha, coincide con el tiempo en que era obispo de Burgos D. García (segundo de este nombre).

Para que resulte el año 1102 la era escrita del modo siguiente MCXX, habría que suponer que la segunda X era una L, y diría MCXL. Como en la fecha están enlazadas las X en esta forma ∞∞, fácilmente la L cursiva se confunde con la X.

## XCII

Viernes 19 de abril de 1078 (¿1107?).

[f. 61 vto.]

FUNDACIÓN DE LA IGLESIA  
DE SANTO DOMINGO DE LA BARQUERA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, Patris videlicet hac Filii et Spiritus Sancti. Amen. Quod corde credimus et ore profiteamur Patrem a se ipso non ab alio, Filium a Patre genitum, Spiritum Sanctum ab utroque precedentem, et ideo credimus illu trinum in personis, et unum in Deitate sib ipsius nomine qui cuncta creavit ex nihilo, demumque per dictum restauravit sanguine suo proprio. Ego Petrus presbiter, quamvis indignus, una cum confratribus meis, hi sunt Anaya Pelagit, et Michael Assuriz, et Petrus Felices, et Sabastiano Rodriz, et Guntisalvo Iohannes, et Michael Annayaz, et Guntisalvo Petríz, et Albaro Rodriz, et Petro Iohannes presbiter cum universis confratribus vivis et mortuis, et de Ongayo Gunsalvo Roderico cum universis confratribus, et de Corteguera Petro Annayaz cum universis confratribus, et de Suances Monnio Michael cum universis confratribus, et de Raeto Antolinus cum universis confratribus, et de Sancti Petri Iohannes Michaelis cum universis confratribus, Roderico Ectaz de Polanco cum universis confratribus, Petrus Andres de Quebeta, et Petrus Sanxez cum universis confratribus, et Martino Michaelis cum omnes de Riaño confratres, et de Barcena Petrus Guntisalvez, et de Gutierre Guntisalviz cum universis confratribus, et Iohannes Guntisalviz de Flanes cum universis confratribus; omnes in unum edificamus ecclesia. Et ego Petrus presbiter qui sum prepositus de illa Confratria et abbate simul in unum edificamus una barqueria cum sua ecclesia in honore Sancte Dominice ut pere-

grinis et pauperes, viduis, orfanis, opressis, claudis, divites et nobiles habeant egressum in ipso flumine et egressum, ut omnes confratres et homines peccatores habeant remissionem omnium peccatorum. Idcirco ego Petrus cum universis confratribus propter diem iudicii timendo et penas inferni euadendo et paradisi introiendo pro remedio animabus nostris tradimus Deo et ad regula Sancta Iuliana ipsa ecclesia cum suis cimiteriis et cum sua barqueria et ad tibi Martinus abba cum clericis et canonicis, qui ibidem serviunt, ut servos Dei abeant de inde tolerationem et nos ante Deum de peccatis nostris remissionem. Amen. Et est ipsa ecclesia sita in litore mari, et certissimo loco en Sequas ipsa ecclesia ab omni integritate per certos suos terminos. Et ego Petrus Iohannes presbiter una cum confratribus meis damus ipsa ecclesia cum tale foro ad Sancta Iuliana, ut abeat censum in anno in anno semel, uno solido de argento in pane et carne et piscato, et qui isto infringere voluerit anathema fiat. Et ego Petrus post obitum meum relinquam ipsa barqueria cum sua ecclesia de filios de confratres, qui meritum abuerit et capitulum Sancte Iuliane laudaverit et ad mihi servitium et humilitatem tenuerit, et Deum laudaverit, ipsum abeat ipsa ecclesia et ipsa barqueria ab omni integritate, ut de hodie die vel tempore sis inde senior de ipso loco cum suas hereditates et cum suos terminos et de iure nostro de omnes confratres sit egressus et in iure de tibi Petrus presbiter, et de Sancte Iuliane et de tibi Martinus abba fiat traditum atque confirmatum usque in seculum seculi. Si quis tamen, quod fieri minime credimus, tam nos quam aliquis ex mea proienies vel extranea hanc nostram scripturam infringere temptaverit, quisquis ille fuerint qui talia comiserit in primis sit maledictus et excommunicatus usque in septimam generationem cum Datan et Abiron, cum Simone Mago et Nerone, et cum Iuda traditore, cum diabolo et angelis eius in inferno inferiore luad in profundum et super inde pariet ad auri libras III, et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V. et illa hereditate duplata vel triplata in simile tale loco. Facta regula vel testamentum die notu VI feria, XIII kalendas madii, era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> XVI.<sup>a</sup>, regnante Rex Adfonso in Legione et in Castella et in Toletto. Et ego Petrus presbiter una cum confratribus meis in hac regula que fecimus volumus legendo audivimus manus nostras ++ roboravimus coram testes Citi Belliti, hic testes sumus manus nostras ++ roboravimus.

La fecha de esta carta, como la de las LXII, LXIII y LXVIII, debe corregirse, pues en el año 1078 no podía D. Alfonso llamarse rey de Toledo, ni el día 19 de abril fué viernes, sino jueves. El año 1108, que resultaría de suponer la X con rasgo, tampoco cumple la condición de ser viernes el 19 de abril; creemos que debe admitirse el año 1107.

65

**XCIII**

*Lunes 22 de julio de 1127 (¿1118?).*

[f. 62 vto.]

**SANTO DOMINGO**

In Dei nomine. Ego Michael Petriz et uxor mea Agata diem iudicii timendo et penas inferni euadendo et paradisi introiendo tradimus Deo et regula facimus a S.<sup>to</sup> Dominico et ad tibi abbati Petrus Iohannes una terra cum sua pomifera ex integra ab omni integritate et est ipsa terra en alfoçe de Camesa en villa Cortegera, en certissimo loco en Montezuello per termino de filios de Annaya Vellitiz et de S.<sup>to</sup> Dominico, secundu terminu iuxta mare, tertio terminu de Antolino, quarto terminu per illum arrógium qui discurrit ad illo mare: infra istos terminos ipsa terra cum sua pumifera ab omni integritate per quem accepimus precio de tibi Petro L.<sup>a</sup> sacrificios per animas de nostros confratres, pretium et datum quod ad nobis bene complacuit, et afirmavimus inter nos negotium emptionis et stabile per semper. Si quis tamen aliquis homo qui contra hunc factum nostrum ad dirumpendum venerit quomodo pariat istud qui in hac carta resonat duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras VIII et ad Imperatoris tertie X libras de auro. Facta carta die notu II feria, XI kalendas Augustus, era M. C. L. X. V. Facta carta et regula regnante Regina Urraca in Legione et in Castella et in Toletu. Ego Michael cum uxor mea Agata in hac regula vel testamentum que fecimus volumus, et relegendo audivimus manus nostras + + roboravimus, Michael notarius scripsit.

En el año 1127 se dice en esta carta que reinaba D.<sup>a</sup> Urraca, y que el día 22 de julio fué lunes. Doña Urraca había muerto en 14 de marzo del año 1126, y además el 22 de julio de 1127 fué viernes y no lunes. En el año 1118, que comenzó por martes, se verificó la circunstancia de ser lunes el día 22 de julio y de reinar D.<sup>a</sup> Urraca.

**XCIV**

*Sábado 28 de diciembre de 1135.*

[f. 63.]

**COMPRA**

Sub Christi nomine. E'go Roderico Guntsalviz, ut non per metum neque per turbatum sensum, sed placuit mihi pro spontanea mea voluntate ut vindivi ad tibi Petro Monnioz medietate in una terra et est ipsa terra in villa que dicunt Rieto in certissimo loco in illa miere per termino I.<sup>o</sup> et II.<sup>o</sup> de Antonino, III.<sup>o</sup> et IV.<sup>o</sup>.... illa itinera que discurrit ad illa sierra infra ipsos terminos ipsa terra ab omni integritate per quem accepi in pretio ego Roderico de Petro uno bobo pro suo colore nigro adpretiato de quatuor modios, nouum pretium que inter nobis bene complacuit, et affirmavimus inter nos negotium emptionis stabile per semper. Si quis tamen quod fieri minime credimus tam nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea in hanc nostram scripturam infringere temptaverit, quisquis ille fuerit, qui talia comiserit, in primis sic maledictus et excommunicatus usque in septimam generationem, et super inde pariet istud quod in hac carta resonat duplatum vel triplatum in simile tale locum cum solidus XXX, et ad Imperatoris tertie pariet L.<sup>a</sup> solidos. Facta carta die notu sabbato, V.<sup>o</sup> kalendas ianuaris, era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LXX.<sup>a</sup> III, regnante Rex Adfonsus in Toletu et in Legione et in Castella. Et ego Roderico in hac carta que feci ad tibi Petrus presbiter legendo audivi manum meam + roboravi coram testes, Petrus et Iohannes hic testes manus nostras + + roboravimus, Michael notarius scripsit.

**XCIV**

*Jueves 26 de marzo de 1136.*

[f. 63 vto.]

**SANTO DOMINGO**

Sub Christi nomine. Ego Godestio Petriz et uxor mea Marina, una cum sobrina mea Iuliana Rodriz, ut non per metum neque per turbatum sensum, sed placuit nobis per spontanea nostra voluntate,

ut vindimus ad tibi Petrus Monnioz presbiter uno solare et integro  
 cum tota sua hereditate, que est in alfoce de Camesa, et est ipso 5  
 solare de Sequas cum casas et orreos, terras et pumares, et elzinas,  
 exitibus et regressus, de monte in fonte et unale in mare, felgarios et  
 defesas cum quantum pertinet a patre meo Petro Didaz, et ad nos  
 pertinet in nostro quomodo de nostros germanos ab omni integritate  
 vindivimus ad tibi Petro illo solare cum sua divisa et cum tota sua 10  
 hereditate de monte in fonte, ubique potueritis invenire, cum cartula  
 ista toto tibi vendivimus ab omni integritate per quantum accepimus  
 pretio ego Godesio et uxor mea Marina et sobrina Iuliana Rodriz de  
 tibi Petro XX morabetinos, pretium complitum, quod ad nobis bene  
 complacuit, et affirmavimus inter nos negotium emptionis stabile per 15  
 semper. Si quis tamem, quod fieri minime credimus, tam nos qua  
 aliquis ex nostra proienies vel extranea hanc nostram scripturam  
 infringere temptaverit, quisquis ille fuerit, qui talia comisserit, in pri-  
 mis sit maledictus et excommunicatus usque in septimam generatio-  
 nem cum Datam et Abiron, cum Symone Mago, et Nerone, et cum 20  
 Iuda Domini traditore, cum diabolo et Angelis eius luad penam in  
 inferno inferiore, et super inde pariet ipsa hereditate duplata vel tri-  
 plata in simile tale loco cum auri libras V.<sup>e</sup> et ad Imperatoris tertie  
 pariet libras de auro VII. Facta carta die notu V.<sup>a</sup> feria, VII kalendas  
 aprilis, era M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LXX.<sup>a</sup> III.<sup>a</sup>, regnante Imperatore Adfonso in 25  
 Legione et in Castella et in Toletu, et in Saragoça et in Nazara. Et  
 ego Godesio Petriz et Marina et Iuliana in hac carta quem fecimus  
 legendo audivimus et de manus nostras + + roboravimus coram  
 testes Citi et Veliti hic testes sumus et de manus nostras + + robo-  
 ravimus. Michael notarius + scripsit, Sebastiano Rodriz + confir- 30  
 mo, Gunsalvo Iohannes + confirmo, Roderico Guntsalviz + confir-  
 mo, Gutierre Guntsalvez + confirmo, Didaco Guntsalvez + confir-  
 mo. El alii plures confirmaverunt.

**XCVI***Lunes 23 de mayo de 1138.*

[f. 64.]

**SANTO DOMINGO**

Sub Christi nomine e'go Petrus Ovequez ut non per metum  
 neque per turbatum sensum sed pro expontanea mea voluntate ut  
 vindivi ad tibi Petro Monnioz presbiter tercia de uno solare cum  
 tota sua hereditate foras inde una roza que abeo de parentorum  
 meorum et est ipso solare en Sequas cum casas et orreos, terras et 5  
 pumares, et elzinas, exitibus et regressibus, de monte in fonte, et una  
 canale in mare, felgarios et defesas, et una serna in monte rex, et  
 quantum ad me pertinet quomodo et de meos germanos ab omni  
 integritate vendo a tibi Petro illo solare cum sua divisa et cum tota  
 sua hereditate de monte in fonte ubicumque potueritis invenire per 10  
 cartula toto tibi vendo ab omni integritate per quem accepi pretio  
 ego Petro Ovequez de tibi Petro Monnioz VIII morabetinos de auro,  
 et per sacrificios, et per orationes totum pretium complitum conce-  
 disti michique bene complacuit, et non remansit in te nullo precio  
 pro dare, nec mihi in illa hereditate iure contra me pro iurificare, et 15  
 affirmavimus inter nos negotium e'mptionis stabile per semper. Si  
 quis tamen quod fieri minime credo, tam de me quam aliquis ex mea  
 proienie vel extranea hanc nostram scripturam infringere temptave-  
 rit, quisquis ille fuerit qui talia comisserit, in primis sit maledictus et  
 excommunicatus usque in septiman generationem cum Datan et Abi- 20  
 ron cum Symone Mago, et Nerone, et cum Iuda Domini traditore,  
 cum diabolo et angelis eius luad penas in inferno inferiore et super  
 inde pariet ipsa hereditate duplata vel triplata in simile tale locum  
 cum auri libras de auro V.<sup>e</sup> et ad Imperatoris tertie pariet libras de  
 auro VII. Facta carta die notu II.<sup>a</sup> feria, X kalendas iunii, era 25  
 M.<sup>a</sup> C.<sup>a</sup> LXX.<sup>a</sup> VI.<sup>a</sup>, regnante Imperatore Adfonso in Legione et in  
 Toletu, et in Saragoça. Ego Petro Ovequo hanc cartam que fieri volui

legendo audivi manus meas + + roboravi coram testes Citi Velliti  
 hic testes sumus et de manus nostras + + roboravimus. Rodrigo  
 Guntisalviz + confirmat, Gutierre Guntisalviz + confirmat, Didaco<sup>30</sup>  
 Guntisalviz + confirmat, Sebastiano Rodriz + confirmat, Guntisalvo  
 Iohannes + confirmat, Iohannes notuit....

FIN

GLOSARIO<sup>(1)</sup>

**abdegas, abtecas, apotega**, III<sub>30</sub>,  
 VI<sub>12</sub>, X<sub>11</sub>, XII<sub>11</sub>, XVI<sub>34</sub> y XXIII<sub>10</sub>: bo-  
 degas, despensas.

**abiacentias, adiacentias**, X<sub>12</sub>, XII<sub>12</sub>,  
 XIX<sub>9</sub>, XXIII<sub>11</sub>, XXVI<sub>8</sub>, XXXIV<sub>45</sub>,  
 XLII<sub>8</sub> y LV<sub>8</sub>: terrenos colindantes, o  
 en que está situado un edificio, etc.

**abstersum**, IV<sub>11</sub>: quitado, separado  
 (de *abstergere*, limpiar).

**acmentare**, VI<sub>14</sub> y XLIII<sub>9</sub>: aumentar.

**ad, a**, preposición que rige diversos ca-  
 sos; ejemplos:

*facio carta ad regula... et a tibi ab-  
 bati Don Pedro et ad clericis: I<sub>3</sub> y 4.  
 do et ofero et roboro a Deo et a San-  
 cta Iuliana: IV<sub>8</sub>.*

*et tibi abbas Dopno Martino, et a ser-  
 vos Dei: VI<sub>5</sub>.*

*et ad tibi Antolino abba, et ad illos  
 servitores ecclesie: VIII<sub>6</sub>.*

*et abeant los sos filios ad isto foro:  
 VIII<sub>14</sub>.*

*ego Roderico Gutierrez in hoc pactum  
 vel testamentum traditionis quod feci  
 a Deo, et ad regulam... Sancta Iulia-  
 na: XI<sub>13</sub> y 14.*

*Ego enim Uracha Rodriz... facio... regu-  
 lam vel pactum tradictionis ad Deo  
 et a Sancta Iuliana virginis:  
 XII<sub>3</sub> y 5.*

*et serviendo a Sancta Iuliana filii vel  
 neptis mea ista hereditate non per-  
 dant: XXII<sub>10</sub>.*

*Ego Gunteriquus pactu testamentum fecit  
 ad Deum et ad ecclesia Sancta Iulia-  
 na, et ad tibi apate meo Ioannes:  
 XXV<sub>2</sub>.*

*pro ipsa vinea iam dicta ad ipsis locis  
 sanctis... sive de parentes et genito-  
 res nostros: XLIV<sub>6</sub>.*

*itinere illa antiqua et ad illa penna et  
 figes se ad illu rio... et alia faça ad  
 illu poço: LVIII<sub>14</sub> y 25.*

*dedit ego Roderico... ad vobis Petru  
 abbas, et ad regula Sancta Iulia-  
 na: LXXXIII<sub>4</sub>.*

*ad Deum et ad regula Sancta Iuliana  
 trado: LXXXVI<sub>5</sub>.*

*et regula facimus a Sancto Dominico  
 et ad tibi abbati Petrus Iohannes  
 una terra: XCIII<sub>3</sub>.*

*ad tibi Petro Monnioz medietate:  
 XCIV<sub>3</sub>.*

*ad tibi Petrus Monnioz presbiter:  
 XCV<sub>4</sub>.*

**adaurire**, LXIII<sub>18</sub>: por *adhaurire*, sacar  
 agua.

**adfige**, XLI<sub>28</sub>: confina, toca con, se  
 acerca, se dirige a.

**affige**, XLII<sub>15</sub>: idem id.

(1) Los números romanos colocados después de cada término indican la carta, y los arábigos inferiores la línea en que se hallan.